




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-666901-p0001-0

DFG



**H** (I.) **H**

**Bardili**

1666(?) 3.

38

## *Conclusionum Theoretico-Practicarum EXERCITATIO XIV.*

Respondente.

CHRISTIANO SIGISMUNDO à Lichau/  
Eq Franc.

### *CONCLUSIO. I.*

**N**Ovi operis nunciatio realis, quæ fit per jactum lapilli, utrum fiat ex opere, an vero in opus, non conveniunt Dd? (a) nobis parum interesse videtur. (b) Quod vero hunc modum nunciandi, ab usu recessisse tradunt nonnulli, (c) postulatum, imo falsum est (d).

(a) Prius defendunt plures laudati à Carpz. *l. 1. Resp. 6. n. 4.*

Græven. *l. 1. pract. concl. 17. consid. 2.* Mindan. *de mandat.*  
*l. 2. c. 30. t. 8.* posterius post Bartol. Alexandr. Duaren. Donell. omnes juris Hispani conditores censuisse, putat Pichard. ad *Tit. d. interdict. c. 3. n. 224. p. 415.*

(b) Pichard. *d. l.*

(c) Pichard. *d. l. n. 224.* Gothofred. ad *l. 5. §. 10. meminisse ff.*  
*d. N. O. N. lit. n.*

(d) Hunc n. modum, etiamnum hodiè apud Hollandos, nec non Gallos observari, tradit Groenew. *d. ll. abrog. d. l. 5.*  
*§. 10.* Et in Cam. Imper. receptum esse, constat ex iis, quæ tradunt Schwann. *process. Cam. l. 1. c. 10. p. 56.* Mindan. *d. zr. l. 2. c. 30. t. 8.*

### *II.*

Quamvis novum opus in causa publica principaliter nunti-  
**R**ent

ent cives, (a) non tamen illorum accedere sententiæ possumus, qui omnem nuntiandi facultatem incolis denegant. (b)

(a) *l. 3. §. f. ff. d. nov. op. nunt.*

(b) *arg. l. 29. ff. ad Municip. l. 1. l. 4. l. 5. C. d. incol. Bachov. ad Tr. vol. 2. D. 18. 8. 2. l. a. Hahn. ad Wesenb. T. d. N. O. N. n. 3. Diff. Treutl. d. b.*

### III.

Colonus & inquilinus, licet novum opus nunciare nequeant, (a) si tamen videant in præjudicium locatoris, novum opus fieri, admonere eundem mature tenentur, (b) ni actione ex contractu conueniri velint.

(a) *l. 1. §. 19. d. nov. op. nunt. l. un. §. 3. & 4. ff. de remiss. Molin. d. J. & J. tr. 2. d. 706. n. 27.*

(b) *arg. l. 11. §. 2. ff. locat. l. 13. §. 7. eod. Molin. d. l. inf. Gomez. V. R. tom. 2. c. 3. n. 21.*

### IV.

Pupillus sine tutoris autoritate, novum opus nuntiare non potest. (a) Idem de minore curatorem habente, dicendum. (b)

(a) *arg. princ. Inst. d. autor Tutor. junct. l. s. pr. ff. d. N. O. N. Anton. Perez. in C. d. t. n. 5.*

(b) *arg. l. 3. C. d. in integr. restit. Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 18. th. 2. p. 12. Perez. d. t. n. 6.*

### V.

In causa privata, novum opus nuntiandi facultatem fœminis concessam esse, nulli dubitamus. (a) In causa verò publica, si non singulariter illarum intersit (b) non æquè. (c.)

(a) *arg. l. 1. §. 19. ff. d. N. O. N. l. un. §. 3. & 4. ff. d. remiss. junct. l. 43. pr. ff. d. procurat.*

(b) *arg. l. 6. ff. d. popul. act. Perez. in C. d. t. Tholosan. Syn. tagm. Jur. lib. 4. c. 28. n. 1.*

(c) *arg. d. l. 6. ff. de popul. act. Molin. d. I. & I. tr. 2. disp. 706. Perez. in C. d. t. n. 7. Bocer. class. 4. disp. 18. th. 16.*

V I. Pro-

VI.

Procator universalis, nec non is, qui mandatum habet speciale, si nomine Domini opus novum nuntiaverit, nullam de rato cautionem præstare cogitur.

arg. l. i. C. d. Procur. l. 65. ff. eod. Molin. tr. 2. disp. 706. n. 29.  
Bachov. in Comm. ad π. T. d. Procur. c. 4. n. 9. p. 823.

VII.

Novum opus nuntiare possunt, qui dominium non tan-  
tum, (a) sed & qui servitutem realem habent, (b) nec inter rusti-  
cam & urbanam faciendam hic distinctionem putamus. (c)

(a) *l. 1. §. 19. ff. d. N.O.N. l. un. §. 3. d. remiss.* Molin., *d. f.*  
*& f. tr. 2. D. 706. n. 25.*

(b) *l. un. §. 3. ff. d. t.*

(c) *arg. l. 47. ff. fam. hercisc.* Diss. laudati à Pichard. *l. 4.*  
*Inst. T. 15. §. 2. c. 4. n. 255.*

VIII

Nuntiatio fabro vel opifici facta, eo momento, quo facta est, dominum obligat.

*l. s. §. 3. l. 10. II. ff. d. N. O. N. Bach. ad Tr. V. 2. D. 18.  
θ. I. l. θ. Pichard. ad T. θ. d. interd. c. 7. n. 296.*

IX.

Propter nudam ac simplicem refectionem , novum opus  
nuntiari non potest.

arg. l. 1. ff. de via publ. Molin. d. J. & J. tr. 2. d. 706. n. 10.  
Surd. l. 1. conf. 121. n. 7. Bachov. ad Tit. v. 2. D. 18. θ. 1. l.  
d. Pichard. d. l. vid. Matth. d. afflict. d. 392. n. 12. Casp.  
Klock. Tom. 3. conf. 166. n. 5.

x.

Nuntiatus, nuntiationi ritè factæ (a) fitare tenetur, licet

R. 3. — *num-*



nuntians causam justam nuntiandi non habuerit. (b) Notoriè autem frivola nuntiatio, impunè sperni potest. (c)

(a) vid. Carpz. l. 1. Resp. 7. n. 2. Zoef. in Comm. b. t. n. 15.

Gail. l. 1. obs. 16. n. 7. Bach. ad Tr. v. 2. d. 18. θ. 1. l. a.

(b) l. 1. pr. ff. b. t. Gail. d. l.

(c) Carpz. d. l. Diff. Pichard. d. l. p. 417. n. 219. Clem. Merlin. d. 472. n. 7.

### XI.

Præstita cautione, nuntiatio lege remittitur, (a) & jure quidem ff. indistinctè; (b) sed Codicis jure non aliter, quam si causa ita est comparata, ut intra tres menses expediri non possit. (c) Quod ipsum tamen hodiè non omnibus in locis observatur, ac proinde judicis arbitrio, quando acceptanda sit cautio, non immetitò relinquunt alii. (d)

(a) l. 5. §. 17. l. 8. §. 2. l. 20. §. 1. ff. d. N. O. N. Carpz. l. 1. R. 7. t. 1. n. 6. Gail. l. 1. O. 16. n. 17.

(b) d. d. ll.

(c) l. un. C. d. N. O. N. & ibi Brunn. Molin. d. J. & J. tr. 2. d. 706. n. 45. Mindan. d. mandat. l. 2. c. 31. t. 18. n. 26.

(d) Carpz. l. 1. t. 1. R. 7. Ant. Thesaur. decis. Pedemont. 204. ubi Senatum Pedemontanum ita judicasse refert. Pichard. t. J. d. interd. c. 9. n. 307. & seq. vid. Gail. l. O. 16. n. 17. Mindan. d. Mandat. l. 2. c. 35. n. 26.

### XII.

Cautio de damno infecto, ad damnum præteritum non pertinet. a) Unde si antequam caveretur, ruinosæ ædes deciderent, quæritur, quale juris remediu competat ei, qui ex ruina damnum passus est? Dist. hic opus videtur. Vel enim deciderunt ædes antequam à Prætore vicinus sibi de damno infecto caveri petierat, vel postulata quidem, nec dum præstita verò cautione. Illic, aut ipsius negligenteria cautio non est petita, & nullam habet de damno resarciendo actionem, adeò quidem, ut plerisq; placuerit, ne cogi quidem vicium posse, ut ruderat tollat, si modo omnia, quæ jaceant, pro de-relictio

*Exercitatio. XIV.*

relicto habeat. Si tamen colligere velit, omnia etiam inutilia tollere compelletur, nec non de damno cavere. (b) Nec interesse putamus, utrum de imminente damno extra judicium admonitus fuerit vicinus, nec ne. (c) Quod tamen non ubique observatur. (d) Si vero propter aliquod impedimentum, non potuerit damni infecti nomine stipulari, interdictum redditur ei, in cuius ædes rudera deciderunt, per quod vicinus compellatur, aut tollere ruderā, aut totas ædes pro derelicto habere. (e) Hic, iterum distingu. vel enim pendente judicio cautionis corruerunt ædes, aut, decreta à Prætore cautione, &c, si cautum non fuerit, missione. Si prius, deliberatio Magistratus parti nocere non debet. (f) Si posterius, interest, an in possessionem missus, venire neglexerit, & debet is damnum sibi datum sibi imputare, (g) an vero priusquam in possessionem ædium ruinosarum venerit, ædes decidērint, quo casu missio fiet in rudera & aream, donec missio de omni damno & expensis fuerit satisfactum. (h) vel denique, an missus in possessionem metu ruinæ recesserit, non animo desideri possessionem, (quod nec præsumitur) (i) quo casu beneficium missionis nequaquam amittet, in possessionem à Prætore missus. (k)

- (a) *I. 2. l. 7. §. 1. ff. d. damn. infect. & ibi Udalric. Zafius.*
- (b) *I. 6. l. 7. §. ult. l. 44. eod.*
- (c) *I. 44. pr. ff. d. t. Molin. d. J. & J. tr. 2. disp. 703. n. 6.*
- (d) *Hinc jure Lubecensi, vicinus admonitus ut repararet, omne damnum post admonitionem vicino illatum, resarcire cogitur, non verò admonitus, non tenetur. Mœv. ad J. Lub. I. 4. T. 3. art. 3. Et nonnullis in locis sola protestatio sufficit. Groenew. d. II. abrog. t. ff. d. damn. infect. vid. etiam Molin. d. l. n. 6. inf.*
- (e) *I. 7. §. ult. l. seq. d. damn. inf.*
- (f) *I. 15. §. 28. ff. eod.*
- (g) *I. 15. §. pen. ff. d. t.*
- (h) *d. l. 15. §. 34.*
- (i) *Zaf. d. l. 15. §. pen.*
- (k) *d. l. 15. §. pen.*



## XIII.

Judicis, qui de damno infecto caveri jubet, est, præscribere ei, cuius res est, unde damnum timetur, ad quem usque diem seu terminum caveri debeat, (a) illoque finito, vel proximè accedente, si adhuc damnum timeatur, causa cognita, tempus prorogare, vel de novo cautionem decernere. (b) Præstata verò de damno infecto cautione, sine temporis adjectione, tunc, si quidem partium expressa conventione dies fuerit omissus, aut terminus, quo cumque tempore damnum inde sequatur, solvere illud, qui eam cautionem præstitit, tenetur. (c) Si verò per errorem, nullus terminus fuerit præfixus, tunc qui cavit, solum tenetur, usque ad terminum, intra quem in simili eventu, consuevit in ea regione caveri; (d) nisi opus sit factum in flumine publico, aut in ripa fluminis, quo casu cautio lege determinatur in decem annos integratos, (e)

(a) *l. 13. §. f ff. d. damn. infect. Molin. d. I. & I. tr. 2.D. 203. num. 9.*

(b) *l. 4. pr. ff eod. Molin. d. l. n. 9. inf.*

(c) *l. 15. §. 1. ff. d. r.*

(d) *d. l. 15.*

(e) *l. 15. §. 2. ff. eod. Molin. d. l.*

## XIV.

Si ædes, ex quibus damnum timetur sint usufructuariæ, tunc in arbitrio est vicini, num cautionem de damno infecto velit exigere à proprietario, an verò fructuario, uterque enim cautionem à vicino petitam præstare tenetur: Ille quidem repromittendo, hic verò satisdando. (a) Quod si propter contumaciam alterius mittatur in possessionem is, qui sibi caveri petiit, ex primo, & rursum ex secundo decreto, tunc si quidem usufructuarius judicialiter admonitus, non caverit, amittit is usumfructum: (b) Proprietarius verò non prius suum dominium, quam si ipse requisitus caverere, etiam sit contumax. (c) Si proprietarius solum caverere admoneatur, & non usufructuarius, tunc usufructuarius non amittit suum usumfructum, sed proprietarius nudam ædium proprietatem. (d) Uter horum caverit, petere sane ab altero potest, antequam

damnum

*Exercitatio XIV.*

7

damnum sequatur, ut sibi etiam caveat de parte damni, quam ad eum spectaret solvere, si simul cavisset, ac damnum sequeretur: (e) vel si damnum fuerit secutum, & is forte aliquid eo nomine præstisset, partem valoris ejus damni, quod pro eo solvit. (f) Quod si ei non caveatur, nec contulerit aliquid is, pro quo alter cavit, & quod solus præsttit; tunc distingu: an ad illum qui vel cavere vel solvere recusat, spectet refectione ædium in totum, vel pro parte, an verò non. Si prius, tunc siquidem sit proprietarius, dominium foli amittet, si pro vitio soli aliquid præstiterit usufructuarius. (g) Sin fructuarius contribueré recusat, uti frui prohibebitur. (h) Si posterius, tunc neque cautio, neque contributio damni, quod alter solus præsttit, ab altero, sive is proprietarius. sit, sive usufructuarius jure exigi potest. (i)

(a) *l. hoc amplius 9. §. f. l. seq. ff. d. damn. infect.* & ibi Udalric.  
Zaf. Molin. d. I. & I. tr. 2. D. 703. num. 20.

(b) *dict. l. hoc amplius §. f. ibi: Titium uti frui prohibebit. ff. d. damn. infect.*

(c) *arg. l. si finita 15. §. si qua sint 24. ff. eod. Molin. dict. l. verso quando is.*

(d) Molin. d. l.

(e) *l. quamvis 10. ff. d. t.*

(f) *l. si proprietarius 22. pr. ff. eod.*

(g) *d. l. quamvis in f. l. 22. ff. d. t.*

(h) *d. l. 9. §. f. l. 10. ff. b. t.*

(i) *dd. text. Udalric. Zaf. ad l. hoc amplius §. f. ff. b. t.*

XV.

Titius à Cajo, in suo sterquilinium habente, ex quo aqua & putredo in cellam Titii influit, cautionem de damno infecto jure petit.

*l. 17. §. f. si serv. vind. arg. l. 24. §. ult. de damn. inf. l. 18. l. 29.  
d. S. P. V. Kirchov. inter consil. var. J. Ctor. p. 2. p. 172.*

XVI.

Si auriga res non indicaverit, nec vectigal solverit, tunc ejus tantum res propriæ cadunt in commissum, non verò merces quas vehit.  
*arg.*



8 Conclusion. Theoretico-Pract. Exercitatio XIV.

arg. l. 14. l. 8. §. 1. l. 11. §. 2. l. f. §. 11. de publ. & vectig. Bocer. d.  
regal. c. 2. num. 211. Gehaus peric: Acad. 7. q. 41. Diss. Köpp.  
decis. 50. num. 22. Mœv. ad J. Lub. p. 2. t. 3. art. 6. num. 18.  
Mindan. d. Mandat. L. 2. c. 43. b. 8. n. 16.

XVII.

Res commissa ob non solutum vectigal, vindicatur de jure  
Civili, (a) etiam ab heredibus non solventis. (b) Hodiè vero  
fiscus rem commissam propria autoritate occupat. (c)

(a) l. 14. d. publ. & vectig. junct. l. 23. pr. d. R. V. Besold. p. 5.  
conf. 234. n. 36.

(b) d. l. 14. Bocer. de Regal. c. 2. num. 224. Mœv. ad J. Lub.  
d. l. num. 3.

(c) Köpp. dec. 50. num. 11. Mœv. ad J. Lub. d. l. art. 6. n. 4.  
Modest. Pistor. consil. 48. p. 2. n. 19.

XVIII.

Qui vectigal non solvit, non potest illud offerendo moram  
purgare, & poenam commissi evitare (a) nisi sit pupillus. (b)

(a) arg. l. 7. §. 1. ff. h. t. Modestin. Pistor. p. 2. conf. 48. qu. 20.

(b) d. l. 7.



X2615924

VdA7



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-666901-p0012-1

DFG

# Farbkarte #13



B.I.G.

*Bardili*



*Practicarum  
XIV.*

*o à Lichau/*

jactum lapilli, utrum  
veniunt Dd? (a) no-  
hunc modum nunci-  
postulatum, imo fal-

pz. l. 1. Resp. 6. n. 4.  
Mindan. de mandat.  
exandr. Duaren. Do-  
censuisse, putat Pi-  
• 415.

5. S. 10. meminisse ff.

apud Hollandos, nec  
, d. ll. abrog. d. l. s.  
, constat ex iis, quæ  
10. p. 56. Mindan. d.

principaliter nunti-  
ent

1666(?) 3.

38